



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt cogragationes monachorum sine collaudatione episcopi fierie non
liceat. lxxiiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

inueniens, de deceptione religiosi habitus, quod absit, valeat exultare.

Quod res ecclesiasticae ad laicos disponenda non respiciant. Cap. LXXI.

Synodali decreto sancitum est, ne laici, vel seculares de *Ex cōcil.*
 viris Deo dicatis, ecclesiasticisque facultatibus, aliquid ad *apud Cō*
 se putent, vel praesumant praeter reuerentiam pertinere, *pendium,*
 quorum quarumque sacerdotibus disponendi indiscusse *cap. 10.*
 a Deo cura commissa docetur. Si quis contra haec venite
 praesumpserit, anathemate feriatur.

De eadem re. Cap. LXXII.

De viris Deo dicatis, vel ecclesiasticis facultatibus a- *Ex eodē,*
 liquid disponendi, nulla legitur laicis, quanuis reli- *cap. 3.*
 giosis, vnquam attributa facultas.

Vi abbates ad synodum ire non cogantur, nisi pro rationabili re. Cap. LXXIII.

Episcopus nō debet abbatem cogere ad synodum ire, *Ex cōcil.*
 nisi aliqua rationabilis causa consistat. *Turonē.*

Et congregationes monachorum sine collaudatione episcopi fieri non liceat. Cap. LXXIII.

Cellulas nouas, aut congregatiūculas monachorum, *Ex cōcil.*
 absque notitia episcopi prohibemus institui. *Epaonēsi*
De virginibus sacris, quae parentibus priuantur. cap. 10.

Cap. LXXV.

Vt virgines sacrae si parentibus a quibus custodiebā- *Ex cōcil.*
 tur, priuatae fuerint, ab episcopo custodiātur. Vbi au- *Africa-*
 tem episcopus absens est, prouidentia grauioribus fœmi- *no, ca. 11.*
 nis commendetur, vt simul habitantes inuicem se custo-
 dian, ne passim vagando, Ecclesiae laedat existimationem.

Qui religiosis fœminis praeponeendus sit. Cap. LXXVI.

Qui religiosis fœminis praeponeendus sit, ab episco- *Ex cōcil.*
 po probetur. *Cartha-*

De sanctimonialibus quid in claustris facere debeant. gi. ca. 97.

Caput LXXVII.

Sanctimoniales in monasterio constituta habeant stu- *Ex cōcil.*
 diū in legendo, & in cantando, & horas canonicas so- *Mogūti.*
cap. 6.